

A 231
3

00. J.

Hist.

III

C. 2.

כְּסִיעַתָּה רִשְׁמִי

ET

RECTORE,

ACADEMIÆ MECKLENBURGICÆ,

MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

DVCE AC PRINCIPE

HEREDITARIO MECKLENBURGICO,

PRINCIPE VANDALORVM, SVRINI ET RAZEBV RGI,

COMITE ITEM SVRINENSI,

TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ

DOMINO,

PRINCIPE AC DOMINO

NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

AD ILLUSTRANDA VARIA SCRIPTVRAE LOCA,

EX LEGE יְלֶבֶט לָא

NE INDVITO VIR!

DEUTERON. XXII. 5.

DE

MYNDO MVLIBRI, EODEMQUE VIRIS INTERDICTO,

IVXTA DISCIPLINAM HEBRAEORVM

DISSERTATIONVM

PRIOREM HANC,

DE

FVCIS ET TINCTVRA,

OCVLO RVM, FACIEI, CAPILLORVM,

EXPONENTEM SPECIATIM,

D. VIII. IVL. MDCCLII. H. IQVE C.

PVBlico COMMILITONVM EXAMINI SISTIT

PAVLVS THEOD. CARPOVIVS

PHIL. ET MED. DR. LL. OO. ET CC DVCALIS PROF. P. O.

RESPONDENTIS CATHEDRAM ORNANTE

VIRO-IVVENE NOBILISSIMO,

CHRISTIANO FRIDERICO PANTAENIO,

RVGIASVLANO-POMERANO,

PHILOSOPH. ET THEOL. CVLTORE SOLERTISSIMO.

ROSTOCHII,

TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVVIS AVL. & ACAD. TYPOG.

B V X T O R F I V S :

Neqvaquam, qvod multi somniant, ita jam
a Christianis interpretibus exhausti sunt illi fon-
tes (Talmudici reliquique Rabbinici) ut nil sit
posterorum diligentiae et solertiae relictum;
PLVRA CERTE ADHVC RESTANT,
QVAM PROSTANT. Sint modo, qui
adire eos velint et possint.



SECTIO GENERALIS.
DE
MUNDO MULIERI,
EODEMQVE VIRIS INTERDICTO.

§. I.

Legis, ajebat PLATO, geminam esse distributionem, al-
teram scriptam, inscriptam (non-scriptam ἀγραφή.)
alteram. Priorem illam esse civilem, quæ vero in-
scripta vocatur, eam a natura & usu proficisci; pu-
ta: Nudum in forum pergere; *Femineaque uti veste*, nulla scri-
pta lege prohibetur, sola id inscripta naturalisque vetat
Lex, (*). Ita ille. Viris sed tamen Hebraeis Lex utique
scripta, poena etiam notabili circummunita, idem verbis inter-
dicit disertis: לֹא יִלְבַּשׁ זָכָר שְׂמֵלַת אִשָּׁה *Ne induito vir
femineam Vestem!* DEVTERON. XXII. 5. Quam non innotuisse
Platonem, dubitari potest, si recte se habent, quæ de leſtitata ab
eodem Scriptura S. multisque mutuo inde desumptis, præter
Judæorum quosdam statuunt Christianorum plerique (**).

(*) ap. DIOG. LAERTIVM in de *Philosophor. vita*, L. III. fol.

44. p. 2. edit. *Paris*.

(**) Cf. WOLFII *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 984.

A

§. II.



§. II.

Ampliori, quam fronte præferre videtur, interpretatione gaudet Lex: NE INDVITO VIR, in Republica Hebræorum, quippe comprehendens præter *Vestitum* proprie dictum, *muliebrem* quemvis תיקון קישוט, תכשיט, *adparatum, mundum, cultum, comptum, ornatum, mores effeminatos* singulos atque omnes. Unde jam antiquus eius Metaphraistes *Chaldæus* ONKELOS habet: לא יתקן גבר כתיקוני אהנה (*). Ita alii, etiam recentiores, quamvis variantibus verbis. Sic apud R. SABBATHÆVM JOSEPHI explicatur per: לא יתקשט בקישוט אשה (**). & ap. BAHAL HATTVRIM per: לא יתקשט האיש (**) Celeberrimum post MOSEN Legislatorem, MOSEN *Agyptium* alterum, MAJEMONIDEM, triplici phrasi generaliori, quarum una alteri declarandæ inservire poterit, in hoc negotio quasi promiscue esse usum observavi; modo Targumica Onkelosi ad Hebraismum inflexa (*), modo illa, quæ placuit Rabbinis adlegatis (**), modo tertia, stili puri Biblici: לא יערה איש ערי אשה (**) .

(*) Cf. & R. SIMEONIS *Homiletæ* התורה ילקוט fol. 292. col. 1.

(**) in שפתו חכמי Labii *Sapientum*, f. Commentar. super Com. RASCHI ad h. l.

(*) Leguntur isthæc sub hoc rubro in edit. *Pentatevchi* FFCurt de A. 1725.

(*) v. g. in הלכות עכו"ם de *Idololatrar. statutis*, C. XII. §. 7.

(**) Vid. mox §. seq. III. (**) in ע"ם ה' C. cit. §. 8. & 9.

§. III.

Pœna transgressores manens est מלקוח Flagellatio. מצורח מן שההורנו מהתקשט האנשה, בתכשיטי הנשים והוא אמר ולא ילבש גבר שמלת אשה וכל אדם שיתקשט ג' או לבש מה שהוא מפורסם במקוה הווא שהוא תכשיט מיוחד לנשי, לוקה Audivimus MAJEMONIDEM (*). Sensus est: „Lege XL, admone-
„mur



„mur mares, de non imitando femineo cultu s. ornatu. Id vo-
 „lunt verba: Neque induito vir femineam vestem. Qui-
 „cunque igitur se exornarit similiter, aut induerit aliquid, quo
 „de constat illic locorum inter omnes, ornamentum id esse mu-
 „lieribus proprium, *flagellandus* erit.. Flagellatio, poena non le-
 vis, hic intelligenda est illa ראוריותא ex *Leges*, s. instituti di-
 vini, ultra XL. plagas non extendenda, *Deuter. XXV. 2.* loris
 quæ fiebat, & quinques quam sustinuit Apostolus, 2 *Cor. XI.*
 24. bene distinguenda a מכת סדרות ררבבן *Plagis contumaciae* s.
fluctuatione humani & Rabbinici instituti, ob violatas præcipue
 LL. humanas, iussa & statuta Rabbinorum exerceri solita: ut
 adeo termini לוקה & (מם) אורו מכין discernendo & delicti
 & poenæ generi inserviant. (Monendum id duximus præcipue
 propter DION. VOSSIVM, qui in vertendo Tr. Majem. de Idol. pro
 לוקה indistincte reponit: *plectitur, vapulat, verbera mfiguntur,*
 vix unquam adæquato *flagellandi* termino usus). Theologi
 præterea Cabbalista, ut qui fata singularum etiam animarum a
 corpore jam separatarum sciscitantur, ex noto, quod tenent,
 metempychoseos principio, animam hominis in L. hanc pec-
 cantis in Leporem, tanquam נקבה זכר ופעמי נקבה qui
 nunc mas fit nunc femina, tandem migraturam, sciscunt lepi-
 dule. (**)

(*) in סי המצוות *Libro Legum*, f. 87. u.

(**) Statuunt scil. iidem, subinnuere (רמז) Legem hanc divi-
 nam *Deuter. XXII. 5.* feminas ad morem Ægyptiacarum
 בוו מסוללות זו בוו impudice se perfricantes invicem, *vi-*
ros itidem שיפעלו *feminea patientes*. MaHaRI, citante R.
 RUBEN HOSCHKE in ילקוט ראובני f. 170. c. 3.

§. IV.

Tanta severitate a sacris his feminarum arcentur viri he-
 brai: Eadem sed severitate, eodem rigore, uxoribus suis de
 mundo prospicere ac ornatu, vicissim jubentur illi, ne פוך
 פוך quidem atque שרק *Serák*, fuci speciebus, exceptis,
 A 2 quippe



quippe ad וכן מחייבין ' expresse referendis. ' אותו ליתן לה תכשיטה כגון בגדי צבעונן להקיף על ראשה ועל פרחתה ופוך ושרק וכיוצא בהן כרי שלא התגנה עליה inquit ASCHERIDES (*). Hæc etenim omnia sub generali Titulo כסות VESTITVS ex Lege matrimoniali Exodi XXI. 10. comprehendunt DD. Hebræi.

(*) ita brevius nobis adpellatur R. IAKOBH Ben ASCHER, qui vid. in Corp. *lur. hebr.* ' ארבע טורי ' *Arba Turim* ' P. I. Ord. III. טור אבן העזר in scripto, i. e. de *Re uxoria*, Cap. LXXIII. de *Obligat. mariti ad vest. uxor.* Cf. R. IOSEPH KARO in שולחן ערוך P. *ead.* C. *ead.* §. 3. alii.

§. V.

Hujusmodi proinde costumus תכשיט, reliquumque necessarii pro more recepto usus, neque magnorum adeo sumtum, comparare uxori tenebatur שכישראל אפי העוני vel pauperrimus quisque inter Israëlitas maritus. Qui si ne huic quidem solvendo esset, כופין אותו להוציאה, uxorem dimittere cogebatur. Hæc vero, ut vicissim nihil hic in se desiderari patiatur, oportebat. Quod si itaque התקשט שלא נדרה פניהם sexus sui ornatui per votum forte renunciarit, tunc aut votum illud a marito nuncupationem eius audiente, *tempestive* (*Numer. XXX. 7-9.*) irritum reddendum, aut matrimonii vinculum ipsum dissolvendum erat (*). Imo ipso Expiationis festo die, quo abstinentium alias erat a cibo, potu, lotione, unctioe lavare erat permittum. Sponsæ vero titulo per integros XXX. dies, adeoque mensem plenum gaudebat neo-nupta (**). Ex quibus intelligitur, quantum hic indultum, quam sollicitè ac severe de ornatu prospectum fuerit Legibus ipsis uxori hebrææ, etiam invitæ. Qua intentione atque fini, jam videndum.

(*) Comp. TUR & ש"ע EV. HAES. C. 74. Jungatur בית שמואל ad h. l. in APPE RAVREVE אפי רב רבני edit. *Wilbernid.* 1739. f. 83. 2. V. etiam *Mischna נדרים de Votis*, C. XI. §. I. §. VI.



(**) Vid. *Tr. Talmud* יוֹמָא, C.VIII. §. 1 collata *Gemara* & R. OBADIÆ de BARTENORA *Notis*. Excitare intendit eundem hunc ex *Ioma* locum IOAN. LIGHTFOOT in *Horis suis Hebr.* & quidem pro illustrando *Matth. C. IX. 15.* p. 140. edit. *Cantabrig.* ubi proinde, quod obiter notamus, pro *cap. I.* legendum est similiter C.VIII.

§. VI.

GALENVS, in aula dum versaretur Imperatorum, ut fatisceretur principum uxoribus, quarum importunis precibus vincebatur, ut gratiores essent suis maritis, fucos descripsit, cæteris, præsertim meretricibus, denegavit, easque ad mangones remisit (*). Pugnat etiam pro maritalis, imo & maritali cupientibus, non leviter, ipse P. THOMAS TRVGILLVS, Ordinis Prædicatorum contra luxum strenuus alioquin miles, scribens: „Non est dubium, accidere posse, immo sæpius accidisse, foeminas quasdam, maritalas se adornare & pompose vestire, solum ut viris suis placeant, ut non a se illorum amorem affectumque alienent. Et in eo non est ulla difficultas, cet. „ Et iterum: „ Res digna est, quæ in notam colligatur, solis maritalis datam esse licentiam se adornandi & artificiose expoliendi, ut pulchriores appareant: verum non omnibus illud maritalis permittitur, sed illis duntaxat, quæ tali modo magis putant se viris SVIS posse placere, ut, que cum alia communionem non habeant, avertere: Et si finem illum non habet, similis erit illi meretrici mulieri in *Proverb. VII. Cap. & rel.* „ (**)

(*) IOAN. RIOLANVS, in *de Arte bene medendi*, Cap. de *Genitie*, p. 616. Confer. *idem* ibid. de distinct. inter *cometicem cosmeticemque* ex mente *Galen.*

(**) de *Luxu & abusu Vestium*, *Discurs. 32. & 37. ex vers. lat.* IOAN. FRID. MATENESII.

§. VII.

Collineare nunc observemus, de uxore exornanda LL. Hebræorum (§. 4. & 5.) ac eundem plane finem atque scopum;



pum: nimirum שלא התגנה עליו, ut loquitur ASCHERIDES. Nec aliter in *Gemara Ioma* qua sponfam (§. 5. cit.) scil. והכלה צריכה נוי כדרי שלא התגנה על בעלה, pro quibus נוי כדרי habet de BARTENORA. Uhde est, quod marito absente, carere huiusmodi ornamentis debuerit ex sententia fori. Quam in rem audiamus I. SELDENVM: „Neque vestimenta solum, inquit, sed & mundus muliebris „seu ornatus, qualis in more, ei reddendus erat. Hunc „הכשישׁ appellat. Ita tamen, ut hic ei decernendus non „esset, peregre profecto marito. Tunc enim אין לה בעל „deerat ei maritus, cui se ornaret.“ (*) Eadem itaque ubique ratio est instituti, amoris conjugalis aucupatio perpetuitas, & conservatio. Prospiciendum autem uxori hebrææ erat tanto magis, quanto majori licentia gaudebat maritus eandem vel ejiciendi prorsus ac repudiandi, vel aliam etiam superinducendi; quæ itaque operam dare etiam debet præter cultum hunc externum לפני בעלה ut *submissione, suavitate, verecundia s. modestia, coram marito suo exornet se jugiter.* (**).

(*) Paucis his lectis legisse te scias cuncta, quæ de mundo muliebri suppeditat in libro iustæ quamvis molis de *Uxore Ebraica* scriptor celeberrimus. Vide ejus L. III. C. V. p. 344. edit. *Londin.*

(**) Evolv. קצור *Compend. Libri שׁלה Dux tabule foederis,* R. IESAIÆ םׁוּרְבַּנְיָא, f. 9. c. 1.

§. VIII.

Quærit, sed nec immerito S. I. CHRYSOSTOMVS, quomodo vaniore modo *ornentur* & vestiantur uxores, quando extra domum in publico se virorum obtutibus spectandas objiciunt, quam quando domi subsistunt & nonnisi a maritis videntur, quibus dicunt se solum velle placere? Hæc vero cura maritos hebræos, jure suo utentes non multum angebat, suppetentibus mediis fini obtinendo satis accommodatis, Horum scilicet uxoribus



ribus non facile in publicum ex ædibus procedere licebat; nisi impetrata prius a maritis venia, in quorum adeo erat potestate, uxorum gressus ad placitum moderari. Suffulciebantur enim auctoritate Legum, quibus iubentur, neque tanquam plane in כִּית הַסֹּהַר custodiam conditas domi eas detinere semper, neque vero finire evagari licentius; Semel itaque tantum de mense integro vel rebus exigentibus bis etiam ut prodeant, tolerandum, ne vero facile ultra, sedulo esse cavendum, שָׂאִין יפה לאשה אלה לישב בוית בירתה (*). Deinde, si quando permisso mariti in publicum prodiret, non tamen propterea virorum obtutibus illico patebat hebraica uxor, circumvelata quippe incedens, ex recepta non modo Orientis consuetudine, sed vi etiam ipsorumet conjugalium institutorum, ita ut ne crines quidem conspiciendi venirent. Atque hæc violans impudice, divortio ejici poterat pro arbitrio ipsius mariti. (**). Absente vero marito carere eam debuisse a marito ei alias supeditandis ornamentis, notavimus §. precedenti. Denique, ad loca publica cum pertineant etiam Synagogæ, non hic est silentio prætereundum, feminis hebrais cultui publico interesse cupientibus, locum a viris separatum, ut quondam in templo, ita in synagogis quoque ordinarie esse adsignatum. (***) Atque ita ornatus abusus obviam itum pro virili.

(*) MAIEMONID. in הלכות אישות C. XIII. ASCHERIDES in E. H. Tit. eod. C. 73. Ex Hodoeporicis huc facientibus, unicum, est cur adferamus locum, ex *Itinerario* puta hebraico R. PETACHIAE p. 173. f. edit. & vers. *Wagenfeil*; Is ita habet: „Urbem hanc *Bagdat*, inhabitant mille Iudæi, quorum feminae iudæiis velatae incedunt, neque ulli viro feminam aliquam ibi intueri fas est, unde nec quisquam domum alterius intrat, ne forte uxorem ejus conspiciat (& temere adventanti); illico dicitur: quid tibi vis homo audacissime! Igitur stanneo (martiolo) ostium pulsant, & tum prodit patrefamilias, atque cum foris stante colloquitur.”

(**) Hic consuli meretur SELDENUS l. c. C. XVII. toto.

(***) Conf. CAMP. VITRINGA de *Synag. Vet.* p. 139.

SECTIO



SECTIO SPECIALIS.

DE

FVCO ET TINCTVRA, OCVLORVM,
FACIEI, CAPILLORVM.

§. IX.

Antiquissimi fuit moris, est & hodiernum, apud plerasque Orientis incolas, oculos five eorundem cilia atque supercilia denigrare, vel infuscare saltem. Idem mos in Græcia non obtinuit tantum atque Latio, sed in septentrionales etiam penetravit regiones. Die *Moscovitiſche* *Fræuene* Personen ſind inſgemein hübscher Geſtalt, weiß und glatt von Haut: nichts deſtoveniger ſtreichen ſie ihr Angeſicht an = = = Sie machen ihre Wangen mit Pinſeln roth und die *Augbraunen* ſchwarz, teſt. IOA. STRAUS. ap. OLAV. RUDBECK F. *Ichthyolog. Bibl.* P. II. p. 60.

§. X.

Καλλιβλεφαρον, tum & *καλλυριον* græco dicitur ore huiusmodi five ornamentum five medicamentum. Utrique ſcil. uſui aptari & inſervire poteſt, cuius prior poſteriori ſuam fortaliſſis & originem debet, uti nec alia eſt ratio deſ *Schönſ* *Pflaſters*, deſ *Schönſ* oder *Schattierſ* *Flecken* inter feminas noſtrates. Laudatur inter coetera eum in finem adhibita, apud Scriptores veteres paſſim, v. g. DIOSCORIDEM (*) (qui & modum præparandi tradit), *Fuligo*, eademque *thuris*, *maſſichis*, *myrrha*, *ſtyracis* cet. quam oculorum inflammationes mitigare, fluxiones ſuſpendere, & ſic porro, docet; *liquida* etiam *fuligo picis*, qua de ita habet ille: „*Viſ* ei *aſtringens* *acriſ*„ que. Uſui eſt ad *pigmenta*, quibus *palpebras* linunt & *venuſtant* & „ad *circumſitiones*, item ubi *glabris* *genis* pilos reſtitui opor„tet, ad *imbecilles* *lachrymoſosque* *oculos*, inſuper ad *eorundem* *ulcer*„ non inuſitilis eſt „.

(*) de *medica Mater*, L. I. C. XXXIII, & LXXX.

§. XI.



§. XI.

Præ huius tamē generis reliquis, usus & antiquitate & celebritate, gemina item utilitate emicat splendidum illud ⚡, סרמה f. *Stribium, Antimonium* hodie dictum usitatus officinis nostris, uti Orientis nunc incolis vulgo שרמה *Sfarmah* l. *Surmeb*; quo sub rubro quam late hodie lateat dicam, an pateat ⚡i usus *ophthalmico-cosmeticus* jucundum erit testimoniis quibusdam dare comprobatum. Audiamus primo ex THEVENOTIO I. C. WAGENSEILIVM (*). „*Vetus iste mos, orber, sstibio fuliginandi, etiam nunc apud Turcas receptus est, de quibus Nobiliss. Thevenotius, sapiens Peregrinator, in libro, quo Iter suum Orientale non ita pridem solertissime descripsit, C. 42. annotat. En Turquie les femmes - - i. e. in Turcia feminae communiter sunt pulcræ, corporibus decoris, & carentibus vitio. Sunt insuper coloris candidissimi, raro enim prodeunt in publicum, & tum quoque cum prodeunt, velantur. Adjungunt vero artificium naturali pulcritudini, pingunt enim Supercilia & palpebras colore fusco, quem Surme vocant (avec une couleur noirastre appellée Surmé) quemque ipsæ gratiam conciliare opinantur. Tingunt quoque unguis colore hyssigino, eum ElHanna appellant.* Haëtenus. Sed plura, ad historiam etiam naturalem טז *Surmeb* facientia, bifarium ejus usum, *ophthalmico-medicum & cosmeticum*, ampliozem item celebritatem condocentia habet locus elegans in *Descript. Regni Pers. Status* (*) legendus, nimirum; „*Eadem provincia (Kermon) producit lapidem quendam nigrum & transparentem & nigris punctulis veluti arenulis resparsum: duæ autem hujus lapidis reperiuntur species; una, quæ petitur ex provinciis Kermon & Karafon, quæ optima est & maximi pretii: altera vilior, quam Persæ vocant Moky; quia petitur a Meka sive Mocha ad mare rubrum sita.*

(*) ad *Tit. Talmud.* שרמה, p. 137. & 1101.(**) curatæ *Lugdun.* 1633. p. 88. f.



S. XII.

„Vocant (ita pergit) hunc lapidem five gemmam *Surmah*; „utunturque eo *Arabes*, *Persæ* & *Indi* ad affectus oculorum, quibus „egregie medetur, cum aliis simplicibus præparatus: itemque „ad ornatum, tam mares quam feminæ, infucando oculos ut pulciores videantur; amant enim *Persæ* oculos nigros, quales fere habent „feminæ *Persicæ*. *Teixera* opinatur, *Iefabelem* hoc fucum usam „fuisse, quum ex fenestra prospiceret „. Antimonii, sub titulo *Surmah* hic describi quosdam species atque usum, adparet haud ita difficulter. Superfluum interim non erit, provocasse ad P. ANGELVM a S. IOSEPH *רִשְׁמָה אֶצְפָּתְרָאִי* & *שִׁרְמָה אֶצְפָּתְרָאִי* *Surmah* & *Surma* *Isabananense*, diferte exponentem per *Fucum ANTIMONII* ad oculos denigrandos (*). Si denique harum regionum de Christianis quæratu speciatim, respondent e *Libano Maronitæ*, *GABRIEL SIONITA* ac *IOAN. HESRONITA* (**): „Christianorum feminæ eodem modo ornare se solent - - - „oculos pene omnes. *superciliaque collyrio* quodam ac *Stibio* iliniunt, genasque fucant „. Non itaque cedunt in hac cultus parte priscis, de quibus *HIERONYMVS*, *TERTVLLIANVS*, *Patrum alii*:

(*) in *Gazophylac.* {*L. Persar.* p. 130. & p. præced. 24. per *Antimonium* simpliciter.

(**) de *Urb. & morib. Oriental.* Cap. XI.

§ XIII.

Prisci ævi Medicos, *Græcos*, *Arabes*, *Latinos*; consulentibus idem fiet manifestum. Sic enim videbunt *DIOSCORIDEM* inter reliqua ad expurgandas oculorum sordes & ulcera *stibium* commendare, uti *GALENVM* ad *Madarofin* & *Prilofin* s. pilorum in *palpebris* defluuium atque casum. Sic *CELSVM* evolventes reperient, *stibium* oculorum *collyria* ingredi frequentius. Idem constare ex *PLINIO* & aliis potest. Quid, quod a *Stibio* s. *Antimonio*, tanquam topici hujus medicamenti *ocularii*



larii atque ornamenti ab antiquis inde temporibus Ingredi-
enti frequentiori, basi eiusdem soepe imo & constitutivo,
ipsam vocis *καλλυριον* (cuius in *Apocal.* etiam S. IOH. mentio
habetur C. III. v. 18.) f. *Collyrii* originem esse repetendam, ob-
servatum sit viris quibusdam summis (*). כחל *Cochl* f. *Cobol*
nimirum, vel præposito articulo *Alcohol*, est nomen antiquum
& celebre Hebræo-Chaldæo-Syriaco-Arabicum Antimonii, ocu-
lis adplicari soliti frequentius: unde latius deinde de *Collyrio*
quovis, etiam non-antimoniato accipitur apud Arabes ipsos.
Utuntur etiam termino *Cobol* pro gio indigitando cum Chy-
micis Alchymistæ, quanquam mire passim depravato (**). De-
nique cum *Alcohol* f. *antimon.* pro collyrio adhibendum, in
pulverem, ne forte oculos lædat, redigendum sit omnium *subti-*
lissimum, factum inde est dubio procul, quod Medici etiam mo-
derni, quæcunque a Pharmacopæis subtilissime cupiunt pul-
verifata, ea reddere *Alcohol* vel rectius: ut *Alcohol!* iubeant.

(*) Cf. G. W. WEDELI *Exercit. medico-philolog. Cent. II.*
Dec. V. p. 28.

(**) v. g. *Alkiel, Alcofol, Alkosol, Alkosiel.* Vid. GV. IOHN-
SON *Lex. Chymic.* p. 16. & 19.

§. XIV.

De פוך *Puch*, quod ex LL. matrimonialium præscripto
suppeditare uxori tenetur maritus Hebræus (supra §. 4.) spe-
ciatim nunc monendum, per illud quoque, aliud indigitari
nihil, quam ipsum idem *Antimonium* sive כחל השחור *Cobol*
(l. *Cochol*) *nigrum* in collyriorum usum, explicantibus sic DD. ipsis,
Res controversa caret; unde plura non attinet dicere. Positum
non minus est extra controversiam omnem, eodem sensu
פוך *Puch* adhiberi a scriptoribus etiam sacris, nisi quod ex sen-
tentia quorundam *Carbunculus* etiam aliquando vel aliud quid,
non *Antimonium* semper indiget. R. DAVID KIMCHI (*)
huius sententiæ præmittens mentionem, addit scite: או כחל
או פוך „aut intelligendum est de PVCH
B 2 „ipso



„ipso, cum ס ipsum hoc sit lapis, occurrens sic argumento inducto, quo in SS. ס פור inter אבנים lapides alicubi referatur. Sed age inquiramus hac occasione specialius in loca, quibus id occurrit.

(*) in ס פור ס ad h. v. fol. 10r. c. 4.

§. XV.

Contendens MATTH. HILLERVS, S. Iobum קרן הפור *Keren-hap-puch*, nomine minimæ natæ filiæ. (C. XLII 14) carbunculum potius, quam sfibium indigitasse, alio & specialiori hoc utitur argumento. De sfibio non esse accipiendum tertiæ nomen, ex eo colligimus, quoniam ס פור tribuitur *Keren* s. radius, qui non est sfbii, nientis potius, quam fulgurantis radiantisque (*). Distinctio subtilior est. Interim non dubitavit PAUL. HERMANNVS sfbio radiantes tribuere strias (**), de quibus ס *Keren* explicari posset. Neque dubitarunt Arabes ipsi, sfbium a fulgurando אלהאצה *Allahazeh* adpellare (***) ut adeo de existentia sfbii (cuius *) species est non una) radiantis fulgurantisque nullum superfit dubium. Sed & rationem nunc postulamus, propter quam *Keren* illic sensu figurato de radio veniat explicandum? cum tamen proprius vel saltem usitator eius significatus, quo cornu (ab eodem hebr. קרן derivatum) denotat, sensum fundat non incommodum. Notum enim est, idque partim ex ipsa Scra S. excavata animalium cornua, vel arte etiam facta, recipiendis recondendisque variis rebus (v. g. oleo unctiois) inservisse olim, uti & hodiernum. Quid si itaque *Keren hap Puch* cum aliis de Cornu sfbii s. sfbium recipiente ac continente explicetur? Quo casu usui opthalmico-cosmetico iam adaptatum intelligendum erit. Pulchra sunt, quæ pro hoc significato in cumulum congestit GREG. GREGORI FRANCVS (**). Quidquid nunc huius eligatur, sua tamen luce radiabit Antimonium apud IOBYM quoque Arabem.

(*) in *Syntagmat. hermeneut. Num. I. de Gemmis in pectorali Summi Pontif. p. 25.*

(**) in



(**) in *Cynosur. Mater. med.* p. 331.

(***) פֶּרֶק idem est, quod פֶּרֶק *fulguravit*, & פֶּרֶק idem quod פֶּרֶק *Fulgur, fulmen*. Cf. I. GOLII *L. Arabico-Lat.* c. 2129. EDM. CASTELLII *Polyglottum* c. 1958.

(*) De *Persico* vide supra (§. II.) & de *Siamico, Hungarico, Gallico*, PET. POMET *Zaupt-Beschr. der Specereyen und Material.* P. III. C. I. c. 727 sq.

(**) in *Lex Scto ex Nom. propr.* p. 178. s. Silet, quod ægre ferimus, de *Puch* atque סֵיו, Medicus Seræ S. amantissimus, I. I. SCHEUCHZERUS in *Physica S. Iobi*.

§. XVI.

I *Chronic.* XXIX. 2. in catalogum apparatus Davidici pro extruendo ornandoque templo (*Bau-Materialien*), præter aurum, argentum, æs, ferrum, lignum, referuntur etiam lapides quidam, interque hos פֶּרֶק: (In simili quoque negotio occurrit פֶּרֶק *Iesai* LIV. 11.) Sed propterea opus non est confundere פֶּרֶק cum Nophech נֶפֶךְ s. Carbunculo, quod faciunt præter veterum quosdam laudatus modo HILLERVS, IOH. item BRAVNIVS (*), alii. Locum etenim suum tuetur hic quoque splendens Antimonium nostrum, præter usum externum cosmeticum, medicumque internum, vario usui inserviens mechanico, sive crudum s. regulinum elegantissimum cet. nunc per se nunc metallis mixtum. Ausserhalb der grossen Anzahl der Chymischen medicamenten, die aus dem Spies-Glas bereitet werden bedienen sich auch desselben gar viele Handwerksleute, damit sie sowohl die Metalle besser schmelzen, als auch den König davon verferrigen mögen; absonderlich in England, dahin wir ihn (aus Paris) in ganzen Partheyen senden, damit er unter das Zinn gethan, und dieses dadurch härter, weisser und klingender werde = = =. Die Schrift Giesser gebrauchen das Spies-Glas auch, das Blei dadurch härter zu machen. Hæc POMETVS (l. c.) experientia consentiente. Idem (ibid. c. 640). Die allererste Bereitung, die mit dem Golde vorgenommen wird, ist die Reinigung, oder Läuterung desselben, und geschieht auf vierer-



lei Weise. Erstlich durchs antimonium, oder Spieß-Glas, welches die allerbeste Art. Inter אבני־כרם vero lapides hic referrinostrum Puch minerale, neminem terreat, etiamsi de אבני־יקרה accipiatur; cum rei usuique loquendi id sit consentaneum. Cf. supra (§. 14.) itemque §. 12. ubi dubius hæret auctor Status R. Perfici, אבני־כרם Surmah, lapis an gemma potius sit dicendum. Ex quo simul intelligitur, quam aptum sit adibus magnificis splendore suo illustrandis. Docet sensus, unde plura non addo.

(*) de Vestit. sacerdot. hebr. L. II, C. XI. §. 509.

§. XVII.

Præter tria isthæc S. scræ loca, in quibus de sensu אבני־כרם controversum fuit hætenus, bis adhuc obvium est. Nimirum 2 Reg. IX. 30. de Isebele legitur; אבני־כרם בפרך עיניה; quod reddit Lutherus: schminckte ihr Angesicht. Nimis generaliter, cum textus facer & speciem fuci, scil. אבני־כרם Puch & partem faciei illo infucata, oculos, recenseat expressim. Melius Græci: εἰσβίβατο τὰς οφθαλμούς, & VV. depinxit oculos suos sibi. In phrasi, sunt cum GLASSIO aliisque plurimis, qui hypallagen statuunt, ac si אבני־כרם בפרך עיניה pro בעיניה פוך fuerit dictum, ut sensus sit: ponebat sibi oculos suos, pro eo quod nunc legitur: ponebat in sibi oculos suos. Hanc vero hypallagen alii evitare student, אבני־כרם אבני־כרם per componere, corrigere exponendo, qui tamen ei tributus significatus insolentior videtur. Emphasis est, quam invenit B. WELLERVS in Ps. I. p. 62. Totum vul-tum suo quasi inmittebat, inquit FR. WOKENIVS (*), quæ sententia procul dubio præferenda, atque ita mihi semper visum. Memoranda denique tamen hic nobis est sententia R. SALOMONIS LANIADO, ex qua hoc discriminis intercedit structuram s. phrasin ponere sibi in oc. & ponere oc. in sibi., quod priori usus indicetur medicus אבני־כרם אבני־כרם אבני־כרם, posteriori vero cosmeticus אבני־כרם אבני־כרם אבני־כרם (**). Inquiratur ulterius.

(*) in



(*) in *Vindic. Textus Original, s. Pietate Crit. contra Hypalag.* p. 17.

(**) in כלי יקר ad h. l. in קהלות משה. *Concilio Moysi f. Bibl. Hebraeo-Rabbin. Max. Vol. II. f. 346. c. 3.*

§. XVIII.

Supereſt locus apud *Jerem. IV. 30.* כִּי תִקְרַעַי בְּפוּךְ עֵינַיִךְ.
 B. LUTHERVS: Was wilt du alsdenn thun? du Verſöhrete! Wenn du dich schon mit Purpur kleiden und mit güldenem Kleinoden schmücken, und dein Angeſicht ſchmincken würdeſt. Curatius iterum qua fucationis materiam & obiectum *Graci: εὐαγγελιστῆς εὐβητας ἀφ' αὐμῶν σκ.* ac VV. & pinxeris sibi oculos tuos. Vim vero verbi originalis תִּקְרַעַי, *ungendi & pingendi termini, ne tanguat quidem, nedum exhauriunt.* Sumi autem solet τὸ קרע nunc de vera *continui* cuiusdam *solutione* violenta, *laceratione, ruptura, scissione, coet. v. g. vestium* in luctu; nunc de rerum tam *continguarum* quam *continuarum, aperitione, ampliori expansione, distensione, dilatatione, diductione* ut oris & labiorum, ianuæ, fenestræ, qualis quanquam vim etiam aliquam aliquando supponat, fieri tamen potest absque totius læsione. Gemini est usus nostrum Reißen in compositione. Priori enim casu Zerreißen, posteriori Aufreißen etiam dicimus. v. g. die Thür, das Maul, die Augen aufreißen. Placuit idem terminus des Aufreißen *hic Iudais Germanis.* Ita enim habet *Verſio R. IEKUTHIELIS Ben ISAAK BŁEŻ:* Wenn schon du aufreissest בְּלֹא חֶקֶץ לְעַיִן. Dein Augen mit Blauſeigel בְּלֹא חֶקֶץ לְעַיִן & R. IOSEPHI ALEXANDRI BŁEŻENHUSEN: Wenn du deine Augen schon aufreißt mit Farb. Ita quoque in paraphrasi sua R. IAK Ben ISHAK: Was meynestu = daß du aufreißt dein Augen mit Farb? Addit pro explicatione; *Klomar, dorch dem, as mán sich das Aug färbet, da dáucht es, as wen der Schnitt von Aug gröffer wár.*

§. XIX.

Exprimít his RASCHIVM ad h. I. commentantem:
 תִּקְרַעַי בְּפוּךְ רִשׁוֹן קְרִיעָה שֶׁהַפּוּךְ נִלְחָה כִּמְרַחֵב קְרַע הָעֵיִן כִּךְ
 קְרַע מִנְחָם לֹא הִלֵּךְ בְּמַחְבֵּרַת קְרַע שִׁמְעָתִי וְגַם *felicius, quam*
 Illu-



Illustris quondam, de literis hebraicis, RaSCHIIque ipsius Commentariis in Scr. S. de reliquo præclare meritis Ictus, I. F. BREITHAVPTVS, vertens; „Istud הקרעי significat *lacerationem*, quoniam fucus videtur, ac si dilatando laceret oculum, „sic audivi, & Menachem etiam istum locum conjunxit verbo קרע i. e. laceravit, „ De dilatatione enim, abque laceratione quæ fiat, Raschio esse sermonem, manifestum fit vel ex ejusdem Commentarii ad Prophetæ XXII. 14. collatione, & קרע (העין) רֹע substantivè est accipiendum legendumque קרע. Acute id cernit IAC. b. ISH. reddens: **Der Schnitt vom Aug** (*). Refert porro hic se Raschi, ad ea quæ ex aliis inauditit de Antimonii virtute, feminis gratiam conciliante, oculos scil., vel apparenter saltem, dilatandi. Neque frustra. Iam enim DIOSCORIDES (L. V. C. 49.) adnotavit, Stibium ab aliis adpellari πλατυσθηλαμον, quasi: *oculos dilatans*. Adlegat denique *consensum* (id volunt verba לֹא הֵלֵק MENACHEMI, Lexicographi hebræi celebris, hæctenus inediti, per מַחְבֵּרָתָא intelligens nil aliud, quam seriem alphabeticam, quam ita nominare placuit auctori (**). Quibus observatis versionem *Breithauptianam* emendare, vel adornare novam, fiet facile.

(*) Sensu non pathologico, sed *physiologico anatomico*, qua eadem ratione *naturalis* membri muliebilis hiatus, σχισμα dicitur, rima & fissura, Silent hic, ut alias soepe, Lexicographi hebræi.

(**) V. αὐτοσάτης WOLFIVS, *Biblioth. hebr.* Vol. III. p. 694.

§. XX.

Verius R. D. KIMCHIUM de *laceratione*, continuato quasi quæ contingat usu, רֹע הקרעי accepisse, affirmari posse videtur. Verba Viri sunt: הקרעי כתרומו הכחלין ואמר כלשון קרועה וְאֵת אֹתוֹ כִּי הוּא קֹרֵעַת (י) עֵינָיָה מְרֹב הַמְדַחֵרָה לְכַחֹל אוֹתוֹ. Fallor, aut simile quid *Doctissimi* innuunt *Belgæ*, locum hunc *Jeremias* reddentes; al *schuerder* (terere, atterere) gy uwe oogen met blanefetsel. R. IACOB LUMBROSO utramque *verbi* memorat notio:



notionem, scribens: תַּקְרַעִי כַּפּוֹךְ כִּמוֹ תַּרְקַעִי כַּפּוֹךְ
 תַּקְרַעִי הַקְרַעִי i. e. אישפאנדיראש או הוא לשון קריעה
*idem est, ac (si literis transpositis diceres) תַּרְקַעִי Puchō, (hispanice) espanderas. Aut habet significatum lacerandi (**).* Optionem sic facit
 lectoribus. Quibus, notionem respicere utramque & combi-
 nare, si tamen placuerit magis, fiet id re non invita, neque adeo
 nos habebunt contrasentientes. Et hoc quoque casu, non
 incommode retinebitur germanicum *Ausstreissen*, ab Interpretibus
 hebræis (§. 18.) adhibitum. Sed de *Puchō, oculorumque Fucō,*
 tatis pro scopo dictum. Unicum hoc addimus, ipsum *Græco-*
rum Φυκος, Romanorum & Fucus, originem Hebræorum פוֹךְ de-
bere verisimillime.

(*) Ita hæc teguntur in *Ejus Commentar.* ad h. l. Sed in *L. Radic.* f. 217. c. 466: כַּחֲלוֹ קוֹרְעָה עֵינָיוּרָה מְרוּב: החמדתה לכחול עיניה
 Unde repetit R. SAL. Ben MELECH. in *מכיל יופי* h. l. f. 112. c. 4.

(**) in *מלא כה נחת* Commentario *Litterali perpetuo,* digno
 qui notior fiat apud nostrates, ad h. l.

§. XXI.

De FUCO nunc actum FACIET, unicum tangemus hic
 שַׂרְק *SERAK*, in *LL. matrimonialibus* itidem expressum
 (§. IV.) quod quidam scribunt שַׂרְק alii etiam שַׂרְק per Schin.
 „Minium, inquit IOH. BRAUNIUS (*) significat (שַׂרְק) ean-
 „dem nempe colorem, quem *Græci* σινδῶν vocant, ex *finopide* & *san-*
 „dice factum, de quo *PLINIUS* Lib. 35. c. 6. Hinc verbum שַׂרְק
 „Syriaco tingere: ut *שַׂרְקָא* sit ab *Hebræo* שַׂרְק, aut *Hebræorum* שַׂרְק
 „a *Græco* σινδῶν. *Ejusmodi* minio & rubris coloribus, veteres,
 „presertim mulieres, sese pinxiſſe, *Plinius* & alii tradunt. „ Ha-
 „ctenus *BRAUNIUS*. Idem ante illum observavit præter *BUX-*
TORFIUM & alios, ex *Hebræis* ipsis R. *DAVID COHEN* de
LARA, scribens: שַׂרְק פִּי צִבֵּעַ אֲרוֹם *Gr. σινδῶν.* „*Lat. Sy-*
ricum, sandix: color fictitius ex finope & sandice mixtus, quo
 C mini-



minium adulteratur. *Hisp.* Cierta color roja contrahecha (**).
Regni itaque שרק foret mineralis.

(*) de *Vest. Sacerd.* hebr. L. I. C. VIII. p. 131.

(**) in עיר רויר f. de *Convenientia vocab. Rabbin.* cum *Gracie*
& *aliis Europ.* p. 90.

§. XXII.

R. DAVID de POMIS sententiam suam hisce perorat:
שרק (*verbaliter idem est quod*) טח חלק (*nominaliter vero est*)
יכחל ארום שנשיי ישימו בפני שלהם *Incrustare, linire, & fucus*
rubeus quo mulieres se pingunt. Lisciare, & il liscio rosso,
che usano le Donne (*). Eadem qua derivationem proposuit
R. NATHAN (**). נקרא שרק מפני שרוסרר Definit præ-
terea טח SRAK materiam, diversum qua derivationem non solum,
sed qua etiam hancce sentiens ab Autoribus §. præc. adlegatis.
Statuit nimirum, nostrum SRAK I. SERAK *Gossypium esse, tinctum טח*
חריע, sponfarum faciei admoveri s. adfricari solitum, ut adpareant
subella. Verba Authoris propria sunt: צמר גפניי שצוכעי
אוחו כחריע ומעבירין אוחו על פני כלוח שתחראו ארומות
Quibus ipsissimum *Bezetta, Pezetta, I. BELLETTA* describit,
quo de *Academix Rostochiensis* ornamentum, SIM. PAV-
LI retulit: „*Notum est eruditioribus, cis pauculos annos, aliud colo-*
rus tela infectoria gossypina venundari, mundum & elegans colore,
ipius panni Scarlatini suppar, Italice Liscio vel Belletto dictum,
quod non solum juscula tingit, sed quoque inservit illis vel
juvenculis vel exoletis virginibus, quæ vafre procis se commen-
dare gestiunt, in spem contrahendi matrimonii, colorem juco
mentientes, „ (*).

(*) in צמח רויר *Dictionar. hebr. ꝑꝑlici Lingua explanato,*
f. 230. c. 2.

(**) in *L. Talm. Rabb.* ערוך ARUCH. f. 160 c. 2. שרק IV.
Illustrandus inde venit PHIL. AQUINAS, *Excludens,*
&



& L. *Sic* dein *Regius Profess. Paris.* in suo מערור המערכות, p. 567. c. i. SRAK nostrum exponens indeterminate per צמר גפני, id est *Lanam vitis*, f. *Gossypium*, sine addito. (* *) in *Quadrupartito Botanico*, Cl. III. p. 329.

§. XXIII.

Digit autem R. NATHAN modo laudatus, inter *Italos*, Sec. XI^{mo}, *Roma* Receptoratu Academico functus, & denatus A. C. 1106; laudatissimo PAULI *Quadrip.* suum *Botan.* A. 1666. demum prælo typographico subjiendum adornante. Mirari itaque subit merito, qui factum, quod non nisi post tot *Seculorum* (usus adhuc antiquioris, cujus vestigia apud *Scriptores hebraeos* visa nobis videntur, ne injiciamus mentionem decursum, Germanis, *Italorum* quamvis accolis, SERAK hocce vel BELLETTO venundari, ejusque usus culinaris & cosmeticus innotescere tam sero, imo tunc quoque non nisi eruditioribus, coeperit. An spreverunt olim *Germanicæ*? in arcanis habuerunt *Italicæ*? speciatim *Hebrææ* feminæ? vel quid tandem causæ? Etiam cum innotebat, materia tamen tinctilis latere non desit Doctissimum virum. Quod, ita pergit, an tingatur *Anchusa*, *Cotzinella* seu *Cocco baphica*, *Heliotropio* vel denique *Violis*, asseverare prohibeor, חריע *Clariam* esse, qua suo tingebatur ævo, docet NATHANUS. Usurpari autem רד חריע a *Rabbinis* solet vel de *Croco* vero & *Officinarum*, Safran voce *Arabica* (צפרין) nobis dicto; vel de *Carthamo officin.* idque frequentius, wilder Safran, Safflor; de alio etiam aliquando atque latius flore coloris crocei. Reperiuntur ejusdem radicis חרע surculi apud *Syros*, *Carthamum*, *Cnicum*, *Crocum*, *Heliotropium* etiam, significatu suo referentes, docente ex BAR BAHLUL *Syro*, EDMUNDO CASTELLO. *Arabum* quoque חריע per *Herbam Sponsi*, aut *Carthamum*, explicat GIGGEIUS, teste eodem.

§. XXIV.

Quonam sensu *Arabum* חריע per *Herbam Sponsi* aut *Carthamum*, explicetur a GIGGEIO, non quidem liquet exadlegatione
C 2 Cafel.



Castelliana. Nec tamen improbable est, ad usum respici *cosmeticum* hac ipsa denominatione. Neque vero offendere hic quæm-
piam poterit *croceus* Carthami color, cum *Belletto* sit *rubri*, modo
viderit WEDELIUM magna fidei Virum, scribentem: „Referre
„huc (ad herbas tinctorias Germanas) possumus quoque Chnicum,
„s. Carthamum, *Saffor*, qui magno proventu etiam in agris
„Germanis, in nostra Thuringia potissimum, crescit & quoad
„fiores *croceos*, ad colorem, flavum ROSEUMque, quod miretis, in-
„sumitur, (*) His quamvis ita comparatis, non tamen Cartha-
mo favet sententia nonnullorum apud eundem NATHANEM
f. 66. c. 4. Verum hæc persequi ulterius, nunc non vacat.

(*) de *Herbis German.* Ovidii, Exerc. Medico-Philol. Cent. I.
Dec. IV. p. 51. ad illud ejus de *Arte Amandi* L. 3. v. 163.

*Femina canitiem germanis inscit herbis,
& melior vero queritur arte color.*

§. XXV.

Hactenus itaque de *Pucho* atque *Serak*. Quorum utrum-
que, oculis & faciei insucandis, emstandisque quatenus inservit,
adeoque ad *כֹּסֶם* referendum *כֹּסֶם* (excipitur enim jure
Usus medicus, §. XII. XIII) *vivis Hebrais* ex Lege: *Ne* I. V. sub
poena esse prohibitum, evincunt §§. III. & IV. Superaddimus
hæc R. LEONIS de MODENA (*). „Sic & *Viris* (ex L. cit.
„*Deuter.* XXII. 5.) omnes effeminati mores prohibiti sunt; quo spe-
„tant omnis generis fuci in faciem inductio, & capillorum, cano-
„rum scil. evulsio. „

(*) in Lib. de *Ceremon. & Consuetud.* cet. P. I. C. V. §. 2, p. 30.
ex *Verf.* GROSGBAUERI, *Rostochiensis*,

§. XXVI.

Missæ quæstione: An & quatenus consuetudo quorundam
Orientis (*) aliorumque populorum, alias etiam corporis partes,
manus pedesque saltem unguës, femora item, epigastrium, ipsa
Geni-



Genitalia varie pingendi tingendique, inter Hebræa quoque Gentis sexum viguerit molliorem? ad Tincturam nunc properamus capillorum; quippe propter spem locum quendam ex ea illustrandi *Biblicum*, majorem nostram merentem attentionem.

(*) De quibus PROSPER ALPINUS de *Plant. Aegypti*, p. 18. IOH. RAIUS *Hist. Plantar.* T. II. p. 1604. aliique plures.

§. XXVII.

De TINCTURA itaque PILORUM, tanquam muliebris הַמִּלְקֵט שְׂעֵרוֹת לְבָנוֹת מִחוּץ הַשְּׁחוּרוֹת מִכֶּאֱשָׁן וּמִסֻּכּוֹ מִשִּׁלְקֵט שְׂעֵרָה לְבָנָה אַחֶרֶת לֹקָה: מִפְּנֵי שְׂעֵרָה עֵרוֹ אִשָּׁה וְכֵן אִם צָבַע שְׂעֵרוֹ שְׁחוּר מִשִּׁצְבַּע שְׂעֵרוֹ לְבָנָה אַחֶרֶת לֹקָה (*) quæ ex interpretatione latina DION. VOSSII ita fluunt: (VIR) Qui canos capitis aut barbæ pilos e nigris evulserit, ut vel unicus fuerit pilus, *plectitur*: quia mulierum ornatum imitatur. Itidem si tinctura nigrum iis colorem induxerit, ac vel unum „ e canis nigrum reddiderit, *confestim vapulat*... Verum thesisposterior, ad institutum nostrum proxime faciens וְכֵן וְכִי, curatius considerata, pressius & ad h. m. transferri amat: *itidem*. Si color pilorum ejus (naturaliter & qua maximam sui partem) existat niger; Ex quo tinxerit (artificiose nigredine) pilum album vel unicum (reliquis nigris forte intermixtum) flagellationis incurrit poenam.

(*) הלכו עִבּוֹם Hilcoth Acum, Cap. XII. §. 9.

§. XXVIII.

Nimirum, ut reliqua prætereamus, terminum לֹקָה poenæ genus determinantem, VOSSIUS nimis interpretatur vage, ceu præmonuimus §. III; Album etiam malum dictum Album, uti nigrum dixit ille nigrum, terminum לֵבֵן in nativa sua latitudine



dine sic relinquentes, juxta quam, tam *pallidos* juventutis, quam *canos* senectutis denotare aptus est; maxime cum non destituantur Hebræi alio, *canitiem* proprie denotante. Movet etiam nos MAIEMONIDI in Republ. Hebræorum auctoritate super ASCHERIDES, textum *Majemonideum* in h. modum adlegans (*): כשיער נחור וצבעו לבן חייב אפילו כשיער אחר: i. e. *Si cujus niger est pilus, ipse verò tinxerit eundem in album, reus fit etiam propter pilum unicum.*

(*) in TUR IOR DEAH, Cap. CLXXXII.

§. XXIX.

Atque hac ratione tueri forsan se potest *variantium* harum *Lectio- num* etiam posterior s. *Ascheridea*. Quod non observans acutissimus alias IOSEPH. KARO, contradictionis eam postulat simpliciter (*); supponens cæterum recte, *Majemonidi* isto loco sermonem esse de non imitando femineo cultu ac ornatu propter Legem: *Ne induito vir!* Recte subsumens non minus, *canitiem*, cujus, quippe proditoris formæ ætatisque declinantis, vel prima rudimenta horret femina elegans, juvenis videri amans semper, *ad ornamenta muliebria a Viris eodem insectata scopo*, referri posse neutiquam, *eadem quamvis Virum qua talem*, justo tempore deceat, atque *ornet corona hæc Senum*. Sed dabimus ut judicare Lectori sit integrum, verba Viri integra: נסחא זו אינה

מכוננת לשון הרמב"ם בסוף הלכות ע"ו כ"ך. הוא. וכן אם צבע שעריו שחור משיצבע שערָה לבנה אחת לוקה. והרכיב מבוארי דבבוא לצבוע לבנות שלו בצבע שחור כדי להראות בחור טיירי וקאמר דמשיצבע לבנה אחת משערות לבנות שבו וישחירנה לוקה דאילו בגוונא דכתב רבינו לאו נוי הוא לו להראות זקן ואע"ג דאיש הדר הוא לו ממ דכיון גבי אשה לאו נוי הוא אלא גריעותה הו' לירת ביה משום לא ילבש שמלת אשה ומשמע לו דאפי' לכתחלה שרי ללבן שערותיו האתניס. Hactenus ille. Quicquid tandem hujus sit, par est parium ratio, & tam dealbatio nigrarum, quam



quam demigratio albarum subflagellationis interminatione *viris* Hebraeis interdicitur seferrime.

(*) in בית יוסף *Domus Iosephi*, Commentar. ampliff. super ASCHERIDIS *Arba Turim*, ad h. l. fol. 144. f.

§. XXX.

Nulla feminis barba. Eandem, si praternaturaliter tamen pullulæ aliquando, radere, vellicare, medicamentis corrumpere & extirpare penitus amant potius, quam tingendo ornatum illi quærere ac nitorem; Viris amulatione procul omni, eandem facientes privam. Reliqui etiam corporis partes pilosæ, sub vestibus quamvis occultandas, ut בית השחי *axillas*, & בית הערוה *pubem*, tingere non, sed depilare lubentius solent molliculæ Hebrææ, ut & aliæ pasfim. (*) Quapropter, pilorum quod tingant nihil iis manet reliquum, præter capillos, capitis sive pilos; (ciliarum si addas atque superciliarum pilulos §. 14. coll. §. §. præced.). Iidem itaque hi potissimum sunt & proprie, quos propter non imitandum femineum cultum tingere prohibetur *Vir hebræus* (§. XXVII. sq.) Quamquam latiori sensu idem valere queat de barba tinetura pilorum, tanquam more si non femineo, effeminato saltem (§. 11.) qua ratione valere vidimus de *Vulsura*, seligendo quæ fiat, alborum (§. XXVII. הטלקט) cum tamen mulierum proprie fit, barbulae forte sibi enascentes pilos seligere non, sed citra coloris selectum omnem nigros una cum albis vellere atque perdere.

(*) Qua Hebræas confer MAIEMONIDEM *Cap. cit. §. VII.* ASCHERIDEM item, inprimis IOSEPHUM KARO, *loc. modo adleg. De Turcarum I. COTOVICI Itinerar. Hierosol. & Syr. Cap. IV. junctis F. BARTONI Observatis*, apud HOTTINGERUM in *Comp. Theatri Oriental. p. 147.*

§. XXXI.

Conferimus nunc nos ad locum apud MATTHÆUM *Cap. V. v. 36. ex his de Tinctura pilorum Præmissis illustrandum,*
aque



aque strophis Evangelii hostium eo ipso vindicandum. Docuisse, refert ille, in concione *Iudæorum* Servatorem: *μητε εν τη κεφαλη τρισμοσης, οτι ε δυνασαι μιν τριχα λευκηνη μελαινω ποησαι.*
 LUTHERUS: Auch solt du nicht bey deinem *Haupre* schweren; denn du *vermagst* nicht ein *einiges Haar* weiss oder schwarz zu machen. Hæc, quotquot evolvere licuit, *Interpretes*, cum antiquioribus recentiores, ipsis non exceptis *Horarum* Hebr. & *Talmudicarum* in N. T. celeberrimis *Scriptoribus* *) de *impotentia* accipere *physica* observo; inextricabilibus ita se difficultatibus immergentes, LL. *Hebræorum* modo præfatas, quo nescio fato, non advertendo. Neque tamen ipsi diligentissimo J. C. WOLFIO aliam innotuisse sententiam, quam quæ ad *non-possesse* referenda *physicum*, clarum fiet eum evolventibus.

(*) Vide LIGHTFOOTUM & CHR. SCHOETGENIUM ad h. MATTHÆI locum. Clar. MEUSCHENII vero *Horæ* eum sicco, plane prætereunt pede.

(**) in *Curis Philol. Criticis* ad h. I.

§. XXXII.

Possibile enim est *physice*, *fucò*, *tinctura*, & *medicina pilorum* *immutare colorem*. Loquitur id testis irrefragabilis, experientia quotidiana. Neque existimandum, ævi recentioris id esse inventum. Per plurima eam in rem habentur apud GALENUM, AETIUM, ÆGINETAM, atque Medicos *Arabes*. Exempli loco sufficiant sequentia ex Libro GALENO adscripto, de *Medicinis facile parabilibus ad SOLONEM*, Cap. Imo, quod agit de *Tincturis capillorum*. „Unctiones capillorum, ut etiam *cani* fiant „*nigri*. Scoriam ferri & plumbum coque in aceto usque ad tertiam partem, & illine, interim tamen ne tange capillos oleo. „Aliud. Radicas cappariss tere, & coque in lacte asinæ usque „ad tertiam partem, & utere. Hoc serva, quia *prorsus nigrificat* „*pilos capitis*. Aliud - - - De *præservatione a canitie*. Accipe colocynthidem, & perfora eam, & munda ipsam bene ab „illis, quæ sunt intus, deinde imple eam oleo laurino, & adde „semen



„femen hyofciam non contritum, dimitte una die, et unge
„semel in anno. *Ad faciendum capillos ALBOS.* Stercus hi-
„rundinis terens cum felle tauri, unge. Aliud: Verbasci albi
„combure florem, et extingve aceto, et leniens unge, Coet.
HERRAEOS vero veteres ejusmodi pilorum immutandi colorem ar-
tificia similiter calluisse nulla suppetit dubitandi ratio, et claret
ers vel ex §. XXVII. *Legum etenim objectum non sunt res odiosas
five impossibilia.*

§. XXXIII.

Domestica inspergere peregrinis cum non sit ingratum, ac-
cessere liceat JOH. COLERUM de *feminis Mecklenburgicis* sui avi
referentem: *Schöne gelbe Haar zu machen.* Nimm *Heinbü-
chen-Afche*, nit *Rädebüchen*, denn von der werden die Haar
Schwarz = = = *Wiltu es nicht glauben, so zieh ins Land zu
Mecklenburg*, da man dieses Holz zum meisten verbrennet, und
siehe, was *Weibsbilder* für schöne lange gelbe Haar haben. Das
kومت alles von *Heinbüchen-Afche* her, daraus sie ihre Lauge machen.
Reliqua, liber cum sit obvius, videri malim apud ipsum (*).
Lixivio itaque e cineribus parato faginis, hæ flavificabant suos
quondam capillos; quos, quo formam concinniorefficerent, sum-
ma cum diligentia cinere itidem rutilarunt uxores Romanorum (**).
Sed capillorum coloris varietatem acquisivitiam per artem et me-
dicamenta, in exemplis gentium diversarum cum operæ quo-
dam compendio lustrare cupienti, OLAUS forte RUDBECKI-
US (* *) faciet fatis.

(*) *Oeconom, rur. et domest.* P. II. L. II. C. XIV.

(**) *Corp. Jur. Civil.* T. II. p. 759.

(* *) *Ichthyolog. Bibl.* P. II. p. 56. sqq. De *varietate autem
nativa, secundum gentes, familias, individua, nonnulla ha-
bentur* apud HADR. JUNIUM in *Comment, de Coma, C. XI.*

§. XXIV.

*Experientia jam quotidiana cum contradixisse censerit ne
queat Servator, aliam Dictum adlegatum explicandi tentarunt
D et*



et inierunt viam viri quidam eruditissimi, quorum conatus per-
 cenfet WOLFIUS, verbis: „μιαν τριχα . . . Hyperbolice hoc
 „dici, cum revera utrumque (intellige dealbationem et deni-
 „grationem) fiat, censuit ὁ δεινα. Sed vide V. E. LOESCHERI
 „Stromata p. 34. ubi statuit, non esse hicfermonem de coloris mu-
 „tatione, sed de nova productione capilli unius albi aut nigri, ex
 „propriis viribus facta. Coeterum Palaphatus de Incredibilibus
 „C. 44. auctor est, Medeam invenisse ἀνδρος δυναμενον και λευκας
 „ποιηται τας τριχας και μελανας. Haetenus WOLFIUS.

§. XXXV.

Metam sed propositam attigit neuter, frustra potius de in-
 veniendo genuino sensu laboravit uterque. Et quidem Imo quod
 ad Hyperbolem, ad quam refugit ὁ δεινα, intatius eam esse asylum
 judicamus, judicabunt et nobiscum plerique, quam in quod re-
 cipiat se heic interpres, certitudini Scripturae auctoritatie be-
 ne consulturus, hostesque depulsurus irruentes. Neque
 opus erit, latebras quarere anxius Dico Servatoris. Aperto,
 suppetunt arma, pugnare marte. II. Meritissimus vero LOE-
 SCHERUS sententiam suam stabilire quibus adnifus sit, cum
 Stromata Viri non sint praemanibus, dicere quidem non habeo.
 Objici interim illi potest merito α) dicere tunc suffecisse, imo
 fatius isto sensu fuisse dicere: ε δυνασαι μιαν τριχα ποιησαι,
 Du vermagst nicht ein einiges Haar zu machen, absque coloris
 omnis mentione et determinatione, omillisque adeo vocibus
 λευκη η μελανη, weiß oder schwarz, tamquam superfluis sic non
 modo, sed erroris infimul et controversiae omnis autoribus.
 Contradicet ε) huic quoque sententiae experientia Medicorum.
 Hi enim, uti suum habent ψιλωθρον, quo auferre pilos, ablati-
 rumque impedire norunt regenerationem, ita passim quoque
 laudant medicamenta ad generandos pro lubitu sive producendos
 pilos etiam novos, quale τριχοφυες apud NONNUM audit. Ha-
 buit GALENUS, quod acceleraturum barbam segnius erumpen-
 tem



tem et *perditam regeneraturum* spondet. Habuit MARCELLUS, cuius usi ac virtute vel ipsi feminis barbam *enascituram* promittebat. Habent alii, recentioris etiam ævi Scriptores, quæ vero hic cumulare, pro scopo non est necessum. His itaque cum ut transigant rem sententiæ hujus Patroni, oportet.

§. XXXVI.

Possibilis itaque, experientia Medicorum et aliorum contestante, est *physice* et naturaliter, neque humanas adeo transcendit vires, *pilorum coloris mutatio* non tantum (§. XXXI. sqq.) sed 2) *nova* quoque *productio* eorundem (§. præced.), Imo quod magis est, scopumque proximius ferit, 3) non vagi saltem fortuitique, verum *determinati* etiam atque optati cujusdam *coloris* productio pilorum, v. g. *nigrorum alborumque*. Exempla passim sunt obvia. Huc vero an pertineat illud Medicorum Arabum Principis AVICENNAE (*) „Aduratur avellana, et teratur, et conficiatur cum adipe caprino, aut adipe urfi et liniatur ex ea locus; *Nasci enim facit pilos, et cum hoc denigrat eos.*”, resciscere cupio ex illis, quibus Textus originalis arabici est copia, vel qui experimento certo rem dederunt comprobata. Qua bruta, memorabilis exstat observatio apud SIMONEM PAULI, quam verbis Viri propriis hic inferere juvat. „Idem, inquit, PRAE-„CELSUS, licet antea asseruerit, nempe Tom. V. Paradox. Tr. IV. p. 245. non aliter inesse sua natura colores, atqui in grano quod „feminatur, tota arbor, ac in nutrimento omnis generis nigro-„res ac candores, aliosque esse colores doceat; mihi tamen il-„lum, necdum mihi met ipsi memetipsum satisfacere, aut me „sufficientem ulli mortalium dare causam posse, ultro et lubens „confiteor: Cur nempe fiat, aut quæ proxima causa sit, ut equi „scutellati subalbidii die weißlichte Apfelgrau Pferde, ubi verno tem-„pore unum itemque alterum pugillum aut manipulum, ocu-„lorum aut gemmarum Quercus arboris recentium, in modum „avenæ conjeceris, illique aliquandiu his pascantur, *nigricent*, „ubi veteres pilos jaciunt, aut et *nigriores pili veterum albidiorum* „loco *ipsis renascuntur* „ (**). Sed de his hæcenus atque satis.



(*) *Canon. Medic. L. III. Feu III. Tract. III. Cap. XXI.*

(**) *Quadripart. Botan. Class. I. l. p. 140.*

s. XXXVII.

Sententiam nunc explicaremus propriam, de controverso isto Matthæi loco, nisi intercederet hic, vestigiis insitens Loescherianis J. F. FRISCHIUS, in *Theologi Polyhistoris*, F AUG. HEU MANNI versionem hujus commatis sequentem: Denn du vermagst ja nicht ein einzig Haar weiß oder schwarz zu machen, (quam tamen a versione LUTHERI nonnisi addita vocula emphatica *ja* non differre, adparet) animadversurus scribens (*):
 Nach den Grundworten sollte es wohl also heißen: Du vermagst
 // = = Haar, es sey weiß oder schwarz zu, machen. Haare kan man
 // schwarz machen, wie die Beyspiele unter dem weislichen Frauen
 // immer lehren. Allein, das ist in Gr. nicht so gemeyn, daß es von
 // schwarz machen zu verstehen sey, sondern von dem ursprünglichen
 // hervorbringen der Haare, unter denen die schwarzen und weißlichen
 // gemeiniglich angenehm sind. Also würde es im Gr. Texte also
 // stehen sollen: τριχα, λευκην η μελαιναν, ποιησαι. Bey den heil.
 // und andern Griech. Schriftstellern heist λευκαινειν weiß machen.
 // S. Marci IX. 3. & δυναται λευκαιναν er kan nicht weiß machen.
 // Offenb. VII. 14. ελευκαιναν σολας, und sie hatten ihre lange Klei-
 // der weiß gemacht.

(*) in der Kritik über die Zeumannsche Uebersetzung des N. T. im 1sten Th 34 S.

s. XXXVIII.

De coloris itaque mutatione verba Textus non esse accipienda contendens Vir Doctissimus, provocat a) ad *Experientiam* hujus possibilitam condocentem, b) ad *Styhum Græcorum*, tanquam ad cuius filum, ceu existimat, non phrasis λευκην ποιησαι sed verbum λευκαινειν Servatori græce loquenti fuisset adhibendum, de dealbatione si foret fermo. Unde concludit: Ergo τὸ ποιησαι, machen, de *nova productione* est accipiendum; Ergo *Interpunctio* Textus originalis græci juxta hunc sensum est reformanda. Verum enim vero, quod ad experientiam, non minus illa possibi-
 lita.



litate[m] physicam pilos producendi novos docet (adeoque no-
væ huic repugnat explicationi, ceu offensum jam §. XXXV. at-
que XXXVI. - Alterum autem argumentum e stylo græcorum
petitam, enervat vel solus PALAEPHALUS supra §. XXXIV. ad-
legatus, phrasi λευκας ποιησαι (albos facere) pro λευκωειν diferte
usus, idque in prorsus eodem negotio, albificatione scilicet pi-
lorum, uti nigrificare eosdem illi est μελαινας ποιησαι. facere ni-
gros Quibus ita comparatis, et nihil cum maneat reliquum,
quo se tueatur a veritate aberrans quam longissime, nova ista
de nova pilorum productione explicatio dicti Salvatoris, cave,
ejus gratia sollicitus aut immutes prorsus, Textus originalis græ-
ci Interpunctionem antiquam et constantem. Corrumperes id
agendo, non emendares.

§. XXXIX.

Adparere nunc existimamus luculenter, ex vero nos pro-
nuntiasse §. XXXI. atque XXXIV., inextricabilibus se implicare
difficultatibus, deque inveniendō genuino sensu effati hujus di-
vini laborare frustra Eruditissimos quosvis viros, laboraturos et
existimamus in omne ævum, quamdiu de impotentia id expli-
cant *physica* atque naturali, sive *colorandi*, sit sive *producendi*; Ju-
daicorum Institutorum vel ignari, vel saltem non recordati; ne-
que attendentes, Judæos fuisse nominatim, quos hisce appella-
bat Salvator Hos econtra, Judæos puta hoc loco si respiciamus
seorsim, sique illud ε δυνασαι. de Impotentia accipiamus *moralis* si-
ve *Interdicto*, omnis mox cessabit difficultas, et sensuserit cla-
rus atque demonstrabilis,

b. XL.

Non autem ad genus humanum in genere, *Vivos* potius in specie
Hebraeos, verba tunc temporis fecisse Servatorem, clarum fit vel
ex solis verbis: ηπιστατε επι ερεθην τοις αρχαιοις, *Ihr habt gegho-*
ret, daß zu den *Alecn* gesaget ist, v. 38, magis clarum ex con-
textu integro. Contra hos usus est argumento καθ ανθρωπων
a minori sic ad maius concludendo; (quo respectu a *Celeb* HEU-
MANN, pro illustratione addita particula *ta*, non potest non
D 3 plane



placere.) *Vir* nimirum *Hebraeus* *τεῖχος pilum*, etiam *μικρὸν unicum*, per coloris mutationem arbitrariam *λευκὴν ἢ μελανὴν ποίησαι*, five *album* facere five *nigrum*, & *δυναταὶ non potest*, revera non quod desint cum voluntate vires, (§. XXXIII.), sed quia in libertate ejus non est posita mutatio ista, dum ab hoc conamine ex Legge: *Ne induito Vir*, rigorosissimo, poenam *Flagellationis* interminante *Interdicto* severissime arcetur, (§. III. et XXVII. sq.). *Potest* itaque physice, *non potest* moraliter. Cardo proinde rei vertitur in genuina interpretatione verborum & *δυναταὶ*, circumstantiis non neglectis reliquis.

§. XLI.

Observandum itaque porro, inter juramenta vana, par res creatas concepta alia quamplurima, abufos esse frequenter *Iudæos* illo, quo per *Caput suum* vel *כְּחַי כּוֹנֵן* per *Vitam capitis sui* jurate *proptii*. Testantur id *Pandectæ Talmudicæ* passim, uti i. odienum hac formula nullam audibis frequentius. Sublatenti itaque in levitate hac perniciosissimo errori speciatim ire obviam, scopo erat conforme. De *Capillis* denique, *Capitis* five *pilis*, (quibus sub barbam comprehendere etiam licebit) præcipue, adeoque de ipsis illis, quos tingere *Viris Hebræis* fuit *interdictum*, (§. XXX.) esse sermonem, verba *Textus* legenti in contextu primo statim intuita verisimile fiet atque clarum. Fieri itaque inde jam potuit, quod *ÆTHIOPS Interpres* reddiderit: *** *quia non potes, unum pilum CAPITIS TUI album facere neque nigrum; quamvis additamentum hoc ab illo ex locis Matth. X. 30; Luc. VII. 38. 41. XII. 7. XXI. 18. Act. XXVII. 34. petita videatur Viro Clarissimo CHRISTOPH. AUGUSTO BODE (*) in Collatione Evangel. Matth. Archiep., ad h. l. Sed et antiquius illud Evangelium Matthæi SYRIACUM habet: כְּחַי כּוֹנֵן לְמַעַן כִּרְתֵּךְ מִשְׁכַּח נַחַת לְמַעַן כִּרְתֵּךְ כֹּהֵן* *quia non potes facere Tu IN ILLO, scilicet Capite, per quod jurare proxime præcedentibus interdictum erat verbis.*

ת ו ש ל כ ע

Egimus in *Priori* hoc *Dissertatione* de *Fuco* speciatim et *Tinctura*, *Oculorum, Faciei, Capillorum*; sequentis *Uda* objectum speciale erit *Speculum*; idemque *Viris Hebræis interdictum*, ad illustra Ep. *Jacobi* l. 23. aliisque *Scripturae* loca.



64199

AB 64 199


ULB Halle 3
001 970 631




TA → 2C

VD 17







Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

Centimetres
Inches

Farbkarte #13

B.I.G.

כסיער
74

ORE,
KLENBURGICÆ,
TISSIMO,
EPIE AC DOMINO,
FREDERICO,
PRINCIPE
KLENBURGICO,
VERINI ET RAZEBV̄RGI,
VERINENSI,
ET STARGARDIÆ
DOMINO
EMENTISSIMO,
SCRIPTYRAE LOCA,
O VIR!
XVII. 5.
OVE VIRIS INTERDICTO,
HEBRAEORVM
TIONVM
HANC,
NCTVRA,
I, CAPILLORVM,
SPECIATIM,
LII. H. LQVE C.
VM EXAMINI SISTIT
CARPOVIVS
CC DVICALIS PROF. P. O,
IEDRAM ORNANTE
OBILISSIMO,
CO PANTAENIO,
POMERANO,
LTORE SOLERTISSIMO.
H II,
CIS AVL. & ACAD. TYPOG.